Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-208168-p0001-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-208168-p0002-4

20
1788
3.

# ORDINIS IVRIDICI
IN
ACADEMIA VITEMBERGENSI
H. T. DECANVS
# MARTINVS GOTTLIEB PAVLI D.
CODIC. PROF. PVBL. ORDINAR. CVRIAE PROVINCIAL.
CONSIST. ECCLESIAST. SCABINAT. ET FACVLT.
IVRIDIC. ASSESSOR
## LECTORI BENEVOLO
S. P. D.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-208168-p0003-9

Ob malitioſam deſertionem quando ad diuortium agitur, reum abſentem atque fugitiuum per publicum edictum hodie in ius vocari, tralatitii iuris eſt. Non autem ſemper latitat reus deſertor, imo potius cum coniuge deſerto in vno nonnunquam moratur loco, in vno territorio, aut, etiamſi extra illius fines migrarit, et in peregrina terra vitam degat, domicilium tamen habet certum notumque atque apud omnes peruulgatum. Tantum autem abeſt, vt eiuſmodi malitioſus deſertor publice et per edictum poſſit citari, vt iudex potius, qui eiuſmodi citationem publicam et edictalem decernit, iniuriam faciat ei, quem hoc modo in ius vocat. Itaque, niſi fortaſſis vel factum ipſius citandi, vel magiſtratus, ſub cuius iurisdictione moratur reus, impediat, quo minus citatio ei poſſit inſinuari, *Bergeri Oecon. Iur. Libr. IV. Tit. XIV. theſ.* 1. *not.* 5. *pag.* 734. per ci-



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-208168-p0005-1

tationem priuatam, vel immediate, vel per requiſitionem magiſtratus eius loci, vbi degit, ei rite legitimeque inſinuandam, in ius vocandus eſt malitioſus deſertor. Qua vero ſub comminatione quoue ſub praeiudicio decernenda eſt et emittenda eiusmodi citatio priuata? *In Ordinatione Proceſſus Saxonic. Electoral. Recognita Tit. IV.* vbi de citatione ſermo eſt §. 1. iam olim ſeuera lege ſancitum eſt: *In allen und jeden Sachen ſollen inskünftige die Beklagten zum Erſten Termine ſogleich* ſub praeiudicio *und, nach Gelegenheit des Proceſſes und derer Umſtände,* ſub poena confeſſi et conuicti, recogniti, *oder* praecluſi *u. ſ. w. vorgeladen, hingegen in der Citation denenſelben eine vollkommne Sächſiſche Friſt von 45 Tagen, ungerechnet des Tages der Inſinuation und deſſen, auf welchen der Termin angeſetzet iſt, eingeräumet werden.* et q. ſ. r. Haec O. P. R. S. diſpoſitio ad omnes pertinet caſus obuenientes, etenim *in allen und jeden Fällen,* ait Legislator, atque ipſa dictae legis verba certa ſunt, et ambiguitate laborant plane nulla. Sed nihilo ſecius tamen ipſa *Ord. Proc. Saxon. Recogn. Tit. V. §. 6. ſq. vbi de Proceſſu ex leg. Diffamari et ex lege ſi Contendat loquitur Legislator,* contrarium, ac paullo ante decreuerat, decernit, et in cauſis matrimonialibus, cum *teſte Chriſtiano Wilhelmo Küſtnero ad Salom. Deylingii Inſt. Prudent. Paſtoral. Part. III. Cap. VI. §. LXII. not. b. p.* 575. ſtatim poſt promulgatam Ord. Proceſ. Recogn. in Conſiſtorio Eccleſiaſtico Lipſienſi, an prima ſtatim citatio ſub poena confeſſi

et

et conuicti ſit emittenda, nec ne; quaerebatur, ſingulari Reſcripto d. 15. Noubr. 1724. ad idem Conſiſtorium dato, hoc praeiudicium primis citationibus non inſerendum eſſe, expreſſa lege cautum eſt. Ipſum Reſcriptum *beat. Küſtnerus* animaduerſionibus ſuis ad Deylingium loc. cit. inſeruit. Hoc autem loco ſufficit, partim rationem huius legis indicaſſe, partim ipſius legis ſanctionem. Rationem legis quod attinet, his eam exprimit verbis Reſcriptum allegatum: *Weil zu beſorgen, daß wenn in* cauſis matrimonialibus *ſo fort die Erſte Citation* ſub praeiudicio *ausgefertiget würde, leichtſinnige Leute daher Gelegenheit nehmen möchten, ſich* priuatim *mit einander zu ſetzen, und hernach durch des einen oder des andern Außenbleiben, alſo* per indirectum, *die Aufhebung richtiger Sponſalien, auch wohl gar des Ehebundes und anderes mehr zu erhalten, ſo von denen* Conſiſtoriis *ihnen ſonſt zu verſtatten bedenklich fallen würde.* Ipſam autem huius legis ſanctionem haec illius continent verba: *Alſo achten Wir für thunlicher, daß diesfalls die außenbleibenden Partheyen, wo ihr Aufenthalt bekannt, durch gewiſſe Geldſtrafen, welche bey fortwährenden Ungehorſam zu erhöhen, zur Erſcheinung angehalten werden.* Ex mente huius legis itaque in cauſis matrimonialibus atque in Proceſſu deſertionis prima citatio abſque omni, vti videtur, comminatione et praeiudicio emittenda eſt. Emanente in termino praefixo reo deſertore, ad inſtantiam actoris decernitur citatio ſecunda, et ea quidem ſub

poena pecuniaria, quinque vt plurimum thalerorum, quodſi vero et haec, ob contumaciam rei, deſtituatur effectu, noua quidem emittitur citatio, ſed iterum ſub poena tantum pecuniaria, arctiori tamen atque maiori, v. g. decem thalerorum. Sed ex vſu fori hodierni, vt tempori parcatur, prima ſtatim citatio fit ſub poena pecuniaria, quinque ſcilicet thalerorum, et quamuis ex principiis iuris Saxonici Electoralis in omnibus cauſis citationes ſtatim primae emittantur *Zur Güte und Recht*, in matrimonialibus tamen ad amicabilem tantum compoſitionem ab initio proceſſus citantur litigantes hoc v. g. modo: *Wenn wir nun auf die bey uns eingereichte, in Abſchrift hierbey angefügte Ehe-Scheidungs-Klage bevorſtehenden — — — — — terminlich anberaumet haben, als wird Beklagter hiermit vorgeladen, daß bemeldten Tages im* Conſiſtorio *allhier er, bey* 5. *Rthlr. Straffe,* (et in ſecunda citatione *bey* 10. *Rthlr. Straffe, mit Vorbehalt der bereits verwürkten* 5. *Rthlr.) in Perſon erſcheine, mit Klägern gütlich Verhör und Handlung pflege, in Entſtehung der Güte aber unſers fernern Rechtlichen Beſcheides gewarten ſoll* et q. ſ. r. Sed cum finis litium omnium ſit, vt finiantur, facili negotio intelligi poteſt, per eiusmodi citationes, quando reus in contumacia perſeuerat pertinaciſſime, etiamſi pecuniariae poenae iterum iterumque reiterentur, adeo, vt tandem in immenſum creſcant, propoſitum tamen finem nunquam conſequi poſſe. Quousque autem in decernendis eius-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-208168-p0008-7

eiuſmodi citationibus progredi, poenasque pecuniarias augere et exaſperare poſſit iudex, et quae tandem eligenda ſit et ingredienda via, ne innocenti parti pariter, ac ipſi iudici impune illudat malitioſus deſertor et contumax, in iſto allegato Reſcripto definitum non eſt. Haerent proinde iudices in Conſiſtoriis haud raro dubii atque ancipites, et vtrum, quando ob malitioſam deſertionem ad diuortium agitur, reus deſertor, qui primis citationibus non obtemperauit in progreſſu litis ſub poena confeſſi et conuicti poſſit citari, et, ſi in termino iterum emanſerit, matrimonium, id quod vult pars innocens et actor, poſſit diſſolui? hoc, inquam, haud raro in vtramque partem diſputatum eſt. Memini eiuſmodi Proceſſus matrimonialis inter I. E. G. W. et H. G. W. in Conſiſtorio Vitembergenſi anno 1777. agitati. Quae cum ita ſint, Princeps tandem noſter et Elector Sereniſſimus hanc Iuris Conſiſtorialis quaeſtionem controuerſam, aliaque capita Iuris dubia plura, in Conſiſtoriis Eccleſiaſticis ſaepe multumque obuenientia, lege expreſſa, menſe Februario 1786. ſcripta, definiuit atque compoſuit. Nondum publici iuris facta eſt haec noua Deciſionum Iuris controuerſi Saxonicarum collectio, ſed ad Conſiſtoria tantum Eccleſiaſtica et ad Dicaſteria Saxonica d. 3. Menſis Februarii 1786. ea lege et ſub rubro: Reſolutiones *über verſchiedene Zeithero vorgekommene zweifelhafte Rechtsfragen in* Conſiſtorialibus; tranſmiſſa eſt, vt in poſterum ab his collegiis

ad

ad normam harum deciſionum ius dicatur. Ita autem ſe habet haec deciſio, quae in ordine eſt duodecima, praemittitur primo quaeſtio controuerſa ipſa his verbis, ſcilicet: *Ob wider einen entwichenen Ehegatten, deſſen Aufenthalt bekannt, und welcher mithin nicht* edictaliter, *ſondern mittelſt Requiſition der Obrigkeit, unter welcher er ſich aufhält, vorzuladen, wenn er auf ſolche, zuerſt bey Geldſtraffe, und dann unter Verwarnung geſchehener Vorladung, nicht erſcheinet, auf Trennung der Ehe erkannt werden möge?* Deciſio autem huius quaeſtionis controuerſae his concepta eſt verbis: *Entwichene Ehegatten, deren Aufenthalt bekannt iſt, mögen allerdings, ohne den Kläger mit ſeiner Klage an den Ort ihres Aufenthalts zu verweiſen, mittelſt Requiſition daſiger Obrigkeit, erſtlich bey einer Geldſtraffe, und ſodann anderweit unter der Verwarnung, daß ſie der Klage für geſtändig und überführt zu achten, vorgeladen, und bey deren fernern Auſſenbleiben, wenn bey der Inſinuation der Citation ſich kein Zweifel findet, auch der Beſorgniß einer Colluſion hinlänglich begegnet worden, auf die Trennung der Ehe erkannt werden.* Poteſt igitur hodie malitioſus deſertor, dummodo praeceſſerit ſaltim vna et altera citatio ſub poena pecuniaria, ad tentandam, vti dicitur, amicabilem compoſitionem, ſi non compareat reus, eiusque contumacia ab actore ſit accuſata, ſub poena confeſſi et conuicti citari, et matrimonium ipſum, ſi perſeuerat reus in contumacia, per iudicis ſententiam prorſus diſſolui. Sed duplici tamen ſub conditione,

quarum

quarum prima eſt, vt inſinuationes citationum emiſſarum rite legitimeque ſint factae, qua ex parte, quid obſeruandum ſit, ex *Ordinat. Proceſſ. Saxon. Electoral. Recognita eiusque Tit. IV.* abunde diſci poteſt, altera autem, vt ne actor et reus litem ſimulent et per dolum compoſitum reus condemnari ſe patiatur, ceteroquin innocens. His itaque colluſionibus fraudibusque, quantum quidem fieri poteſt, obex ponendus eſt, quid autem in Iure noſtro Saxonico Electorali, eoque recentiſſimo, hac ex parte bene ſapienterque ſit ſancitum, id omnium optime ex Reſcripto Electorali d. 30. Septbr. 1785. ad Conſiſtorium Vitembergenſe dato poteſt cognoſci. Huius autem eſt tenoris clementiſſimum hoc Reſcriptum: *Wohin ſowohl ihr, als Unſer Conſiſtorium zu Leipzig das über die Mittel, wie denen zwiſchen Eheleuten jezuweilen vorkommenden Colluſionen, da ein Theil dem andern, mit deſſen Einverſtändniß blos zu Erlangung der Eheſcheidung, des Ehebruchs beſchuldiget, und der andre Theil in eben dieſer Abſicht das Verbrechen, der Wahrheit zuwider, einräumet, thunlichſtermaaßen vorgebeuget werden möge, erforderte Dafürhalten gerichtet, ſolches haben Wir aus eurem unterthänigſten Berichte vom 2. Mart. a. c. und dem des Conſiſtorii zu Leipzig erſehen.*

*Nachdem Wir nun hierauf reſolviret haben,*

 1) *daß*

1) *daß jedesmahl und ohne Anſehen der Perſon von demjenigen Conſiſtorio, bey welchen eine auf die Beſchuldigung getriebenen Ehebruchs gegründete Ehe-Scheidungs-Klage angebracht wird, der Kläger an die weltliche Obrigkeit des Beklagten verwieſen und beſchieden werden ſolle, daß bevor in der Ehe-Sache weiter verfahren werden könne, bey der weltlichen Obrigkeit vorher das Verbrechen unterſuchet werden müſſe; es wäre denn*

2) *daß Kläger ſo fort, oder in der Folge beybringen könnte, daß ohnerachtet er die Sache bey dem weltlichen Richter angebracht, dennoch entgegenſtehender Rechtlichen Hinderniſſe wegen, die Unterſuchung vorietzo, oder überall keinen Ausgang gewinnen könne, Oder*

3) *daß der Beklagte ſo ſtarken Verdacht, daß dem Kläger nach hieſigen Kirchen-Rechten die Ehe-Scheidung nicht verſaget werden könne, gegen ſich gehabt hätte, und gleichwohl bey dem weltlichen Richter nicht vollkommen hätte überführet werden können, als welchen Falls der Analogie der XXXIV Neuen Deciſion d. a. 1746. gemäs, dem Kläger die Ehe-Sache fortzuſtellen, und dabey ſich der Eydes-Delation zu bedienen unbenommen bleibet;*

*Als begehren Wir hierdurch gnädigſt, ihr wollet euch nach vorſtehenden gebührend achten, geſtalten Wir denn auch in deſſen Conformitaet*

*mitaet an ſaemmtliche übrige Conſiſtoria und geiſtliche Inſtanzien hieſiger Lande dato verfüget haben. Daran geſchiehet Unſere Meynung.*

Non deſunt, quae his hucusque dictis addi poſſent; ſed ob temporis anguſtiam non licet vlterius progredi. Ad id igitur me conuerto, quod mei hodie officii eſt, ad indicandos ſcilicet honores digniſſimi Iuris Candidati

Viri Nobiliſſimi et Praeſtantiſſimi

## CHRISTIANI ERNESTI FRANCKII

Vitembergenſis.

Quem de vita ſtudiisque, laudatiſſime inſtitutis, ipſum diſſerentem audire iuuabit.

*Cum ad felicitates, quae hominibus contingere ſolent, merito illa referenda ſit, natales debere parentibus honeſtis atque aliqua dignitate conſpicuis, ego ſane* CHRISTIANVS ERNESTVS FRANCKIVS *me eiusdem participem factum eſſe, laetor. Vitebergae die XXII. Martii a. r. ſ. MDCCLXV natus ſum ex Parentibus, patre nimirum* CHRISTIANO GODOFREDO FRANCKIO, *Iuris vtriusque*

 *Docto-*

*Doctore, Praetore vrbano, Curiae prouincialis et conſiſtorii, cauſarum patrono; matre vero* ERNESTINA ELISABETHA, *e gente* BAVERIA, *quam placide quidem ſed praemature ereptam, lugeo. Qui optimi parentes ab ineunte aetate me et priuatis, et publicis ſcholae vrbis huius doctoribus erudiendum mandarunt, vt doctrinis ad religionem ſpectantibus, et literis, quibus aetas puerilis informari ſolet, imbuerer. Anno vero MDCCLXXVIII in illuſtre, quod Grimae floret, Lycaeum miſſus, ibique praeceptoribus beatum Rectorem* KREBSIVM, MVECKIVM, HOFFMANNVM, HOCHMVTHVM, RICHTERVM, *Viros celeberrimos nactus ſum. Stadium ſcholaſticum emenſus, in hanc Muſarum ſedem redii, et anno MDCCLXXXIII menſe Octobris, Rectori Academiae Magnifico* BOEHMERO, *ciuium academicorum fidem dedi. In qua Muſarum ſede Viros fama, doctrina atque eruditione conſpicuos non ſolum cognoui, ſed et debita reuerentia colui. Quia vero ſtudia mea Iurisprudentiae dicaui, mihi aditum ad eandem parare ſtudui per philoſophiam atque hiſtoriam. In priori ducem habui excell.* HILLERVM, *in poſteriori excell.* SCHROECKHIVM. *Deinde vero ipſas ICtorum in hac Academia celeberrimorum, ſummaque laude decorandorum, ſcholas frequentaui, et quidem ill.* GEISLERI, *illuſtr.* PAVLI, *ill. et beat.* FISCHE-

 RI,

RI, *ill.* WIESANDII, *ill.* REINHARDI, *ill.* KLVEGELI *atque illuſtr.* HOMMELI, *nec non ICtiſſimorum Virorum* WERNSDORFII, FRANCKII, *fratris dilectiſſimi, et* TRILLERI, *cuius inſtitutione inter priuatos parietes per integrum fere annum vſus ſui, quorum omnium fidem in me erudiendo grata mente recordor. Anno MDCCLXXXVI praeſide* IOANNE CHRISTIANO FRANKIO, *Iuris vtriusque Doctore, Iudicii prouincialis in Luſatia inferiore, et facultatis iuridicae Vitebergenſis Aſſeſſore publice defendi diſſertationem* „De Obligatione acceſſoria quoad effectus ciuiles ſummota, nonnunquam valida,“ *ſed vt ſtudiorum meorum rationem maiorem redderem, decenter adii praeterito anno illuſtrem ICtorum Ordinem, vt me ad conſueta admitteret examina, quibus feliciter peractis duce patre dilectiſſimo cauſis forenſibus tractandis ſedulo ſtudui. Iam in eo ſum occupatus, vt Licentiam ſummos in iure honores ambiendi publicis mihi pararem ſpeciminibus ideoque de legato rei commercio exemtae diſſerere conſtitui.*

Quod ab Ordine noſtro honeſte petiit, facile obtinuit, omniaque ea, quae ſtatuta exigunt, praeclare praeſtitit, atque vnanime Ordinis noſtri iudicium promeruit, quo Ipſi aditus ad ſummos in Vtroque Iure honores eſt decretus. Vt autem

omnia rite legitimeque peragantur proxime die XVII. Menſis Iulii in Auditorio maiori, Praeſide Viro Illuſtri atque Iuriſconſultiſſimo, D. Carolo Henrico Geislero, Sereniſſimo Principi Electori Saxoniae a Conſiliis Aulae atque Iuſtitiae, Decretalium Profeſſore Publico, Facultatis Iuridicae Ordinario, Conſiſtorii Eccleſiaſtici Directore itemque Curiae Prouincialis et Scabinatus Aſſeſſore, Diſſertationem Inauguralem *de Legato Rei Commercio Exemtae*, publice defendet. Quem actum ſolemnem vt Exrector Academiae Magnificvs, Illvstrissimi Comites, Perillvstres Liberi Barones, Proceres Academiae pariter ac Vrbis, nec non Generosissimi et Nobilissimi Cives praeſentia ſua velint ornare, Ordinis mei nomine, qua par eſt, obſeruantia rogo atque contendo. P. P. Domin. VIII. poſt Feſtum Trinitatis cIↃ IↃ CCLXXXVIII.

---

*VITEMBERGAE*

LITTERIS CAROLI CHRISTIANI DÜRRII

Wittenberg, Diss., 1786-88

ULB Halle 3
004 335 899

f
Sl.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-208168-p0017-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-208168-p0018-3

# ORDINIS IVRIDICI

IN

ACADEMIA VITEMBERGENSI

H. T. DECANVS

# MARTINVS GOTTLIEB PAVLI D.

CODIC. PROF. PVBL. ORDINAR. CVRIAE PROVINCIAL.

CONSIST. ECCLESIAST. SCABINAT. ET FACVLT.

IVRIDIC. ASSESSOR

## LECTORI BENEVOLO

S. P. D.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-208168-p0019-2